



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.**

Complectens Sex Posteriores Libros. [Liber VII-XII]

**Baronio, Cesare**

**Romæ, 1635**

Libri XII. Finis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65060)

eam Ecclesiam spectantem aduersus Gallorum in Northmanniam incursus munisset, qua ex causa idem Antistes Regios Ministros censuris Ecclesiasticis totamque adeò Prouinciam Interdicto subiecerat.

Obijt hoc item anno Vir eximius  
S. Ho-  
Homobonus Cremonensis, quem po-  
steà, ob egregia virtutum merita, Cæ-  
lestini Successor Innocentius sancto-  
rum numero adscripsit.

Subit annus sæculi II. C. cuius exor-  
dio Cælestinus decessit, cum annos  
non dum VII. in Pontificatu egisset,  
cuius obitu XII. hunc Annalium To-  
mum claudere decreuimus; illud tan-  
tum addentes, quod certo alicui eius  
Sedis anno adscribere nequiuimus;  
eius nempe auctoritate, institutum  
nuper Teuthonicorum Militum ordi-  
nem, fuisse confirmatum, eiusdemque  
opus esse ad D. Mariæ in Porticu Ro-  
mæ sacram Ædem, Romanoque in  
Foro additum Nosocomium.

## Libri XII. Finis.

Huc vsque Annales Ecclesiasticos  
summa cum eruditionis, ac doctrina  
laude, labore autem vix credibili, duo-  
decim magna molis Tomis comprehen-  
sos, deduxit Baronius. prosequutus est  
immensum adhuc opus Abraham Bzo-  
uini

546 Epit. Annal. Eccles.

nus Polonus genere etiam num super-  
stes, ac Roma degens, Vir laboriosis-  
simus, ingenijque, ac facundia laude  
præstans, totidem voluminibus, quo-  
rum septem iam lucem aspiciunt,  
quinque reliquis, (quibus integrum  
Pauli V. Pontificatum absolvit) non  
dum impressis; cuius locupletissimum  
ad Baronium Auctarium, si vita,  
ac vires suppetant, pari ra-  
tione, in Epitomen redi-  
gere, Deo Auspice,  
consilium  
est.



I N-